

Beiheft

S 204 A

Item pro Ghela uxore coloni Ostendorp reddita est Phenna Rederinc anno Domini M^oCCC^oLIII octava epyphanie Domini.

Item nota: Thidericus Hoytwolt in Alten dicitur ecclesie attinere, quia est filius sororis Wiboldi Sibinc, sed est cercensualis, dicit Wiboldus predictus.

Nota: anno Domini M^oCCCLIII die exaltacionis sancte Crucis Johannes scultetus curtis Mieste constitutus in cimiterio Wintersvic dixit, quod ipse Johannem thor Scare et Lummodim eius sororem emisset a Wilhelmo thor Borch Vanderborch et ulterius eos dedisse in verum reconcambium pro Johanne et Gerhardo de Yelo officiato domine preposite secularis ecclesie Vredenensis, scilicet Pingu presbitero, presentibus sculteto de Ratmen, Gerhardo Nienhus et B(ernardo) Hildeboldinc, et cum hec diceret dictus scultetus, dixit Hermannus Ubbinc eius frater, quod istis interfuisset coram iudicio in Wintersvic.

Nota: Meka Wiwers in Wintersvic data fuit ecclesie pro Gertrude sorore Johannis Hildeboldinc, prout ipse Johannes dicit, scilicet uxore Bernhadi Wilterdinc.

Nota: Robertus Hiddinch manumissus restituit pro se Hermannum filium Cristine, filie Johannis dicti Gruterinch, in Bocholte morantem anno Domini M^oCCC^oL^o nono in festo Petri beati ad vincula, super quo Gerhardus de Brunen, Elizabeth eius uxor, Kristina et Lutgardis eorum filie ecclesie prestabant warandiam. Et de hiis littera habetur aperta (= Regest Nr. 436).

Nota: pro Gertrude filia Conradi Symamon[i]ch vel dicti Rensinch Heyno de Poelhuzen nomine Rotgheri de Langelo restituit Mechildim sororem Arnoldi Zewinch anno Domini M^oCCC^oL^o nono dominica post Luce ewangeliste ecclesie Vredenensi, presentibus Rotghero scolastico in Vredene, Johanne van den Berghe clerico, Hinrico sculteto de Merste, Gerhardo sculteto Nunnynch, Johanne de Merste et Gerhardo de Lohus litonibus ecclesie Vredenensis.

Nota: Mechildis soror Arnoldi Zewinch est ulterius permutata Willikino de Slinewater et restituit ecclesie seu Johannes Avynch nomine sui Aleydim sororem eiusdem Johannis anno Domini M^oCCC^oL^o nono ipso die Cecilie, presentibus Hinrico sculteto to Merste, Gerhardo sculteto Nunnynch, Gerhardo ton Lohus, Nycholao ton Rode et Johanne de Merste et Rotghero scolastico in Vredene et Johanne van den Berghe.

Nota: Aleydim sororem Johannis Avinch prescriptam ego Rotgherus nomine dominarum mearum preposite et capituli dedi domine abbatisse in manum domini Johannis rectoris altaris sancti Michaelis nomine eiusdem domine pro uxore Johannis filii . . .) uxoris Johannis Wilradinc permutacionis tytulo in reconcambium anno Domini M^oCCC^oLX^o, feria quinta ante purificationem Domine nostre.

VII 10